NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 223v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ad hebreos

sacra scriptura aliquid denun
ciatur adeo sub iuramento illud
procedit ex diuino consilio et
ideo promissio facta abrahe pz
infallibilis ex duobus primo ratio
ne diuini consilij ex quo procedit
quod non mutatur et ex additione
iuramenti diuini per quod con
firmatur. Hijs uisis accedendum
est ad litteram. Homines enim per maiorem
sententiam iurant quia confirmatio ali
cuius rei non est nisi per aliquid certius
et stabilius, propter hoc dicit philosophus
primo methaphisice quod antiqui posuerunt a
quam principium omnium quia dixerunt ipsam
esse iuramentum deorum et omnis
controuersie eorum finis est iuramentum
quia facta hominum sunt fallibilia
Ideo ad confirmationem oportet
recurrere ad diuinam ueritatem in
fallibilem que in iuramento no
tatur in testem in quo .i. in iu
ramento abrahe facto habun
dancius uolens deus ostendere
pollicitationis heredibus quia facta
est abrahe per se et per heredibus
suis immobilitatem consilij sui
interposuit iusiurandum Per hoc
enim ex habundanti eam immo
bilem ostendit. Erat enim firma ex
hoc quod procedebat ex diuino con
silio et ideo iuramentum additum
firmauit eam ex habundanti
quam promissioni post facte ipsi a
brahe additum fuit ut habetur
Gen 22 Ut per duas res
Hic ex predictis concludit apostolus
intentum uidelicet quod illi qui sunt de semine
abrahe si fuerint imitatores fi
dei ipsius certitudinaliter contra pro
missionem abrahe factam predicto mo
iuramento firmatam et hoc est quod dicit
hic Ut per duas res immobiles
scilicet diuinum consilium et eius iu
ramentum quibus impossibile est men
tiri deum fortissimum solacium ha
beamus .i. securissimus de obtinen
da promissione quia sumus imitato
res abrahe propter quod subditur
qui confugimus scilicet per baptismum
ad xpm per quem adimplet promissio
abrahe facta Ideo sequitur ad
intelligendam propositam spem
.i. certam glorie expectationem
quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmam Sicut
enim anchora materialis te
net nauem immobilem inter
fluctus maris ita spes tenet
animas immobiles inter fluctus
varie et multiplicis temptaci
onis Verumtamen ipsa spes habet con
trarium modum firmitatis respe
ctu anchore materialis per hoc quod
figitur in terra dat firmitatem naui
anime autem nostre non sunt in terra
stabiliter nec possunt in terra stabili
ri Ideo oportet quod anchora spei
firmetur in loco contrario scilicet in
celo et hoc est quod subditur et in
cidentem usque ad interiora vela
minis .i. ad secreta celestia que
sunt nobis uelata ad quem
locum ascendit xpus ut ibi fi
geret anchoram nostram quia
per hoc habemus firmam spem